

equinoctium non precedere, sed sequi debebat, uti docet Abul. in Levit. 25. Patet tertio, menses Hebræorum non respondisse ex æquo Romanis mensibus solaribus. Sic enim et nunc videmus novilunium sæpe non concurrere cum primo die mensis, sed multo post agi, ideoque lunationem unam unumquem mensem lunarem, partim in unum mensem solem, partim in alterum sequentem incidere.

Quæres, quæ fuerint cause, cur Deus instituerit neomeniam? — Respondeo: Prima fuit ad recolendum beneficium gubernationis divine; sicut enim sabbato celebrabant Hebræi memoriam creationis, ita neomenia gubernationis divine. Hæc enim appositè significatur novilunio: nam luna inferioribus hisce corporibus dominatur, eaque maxime in novilunio immutare solet. Ita Lyranus hic, et S. Thomas, 1-2, q. 102, art. 3, ad 40. Neomeniam ergo celebrando, Iudæi agebant gratias Deo de beneficio gubernationis, eoque omni, sed maxime de eo quod Deus præstat nobis per influxum solis, lune et aliorum corporum celestium.

Hæc de causâ gentiles Romani e annum Jovi, id est, soli, menses Junoni, id est, lune, concelebant. Sol enim efficit annum, luna menses. Porrò luna dicta est Juno à juvenescendo; et Læcia quasi læcida: petantque eam in partibus auxilium ferre mulieribus. Unde illud:

Per cælestium astrorum potum,
e Partus celerantemque lunam.

Facillimè enim mulieres sub plenilunium videntur prolevari, inquit Plutarchus in Quæst. Roman. Rursùm gentiles ut gubernationem divinam profiterentur, docebant duodecim deos duodecim mensibus præsidere. Siquidem Januarii tutelam credebatur habere Juno, Februarii Neptunus, Martii Minerva, Aprilis Venus, Maii Apollo, Junii Mercurius, Julii Jupiter, Augusti Ceres, Septembris Vulcanus, Octobris Mars, Novembris Diana, Decembris Vesta, uti docet Giraldus syntagmate 1.

Secunda, ut Hebræi primitias tam temporis et mensium, quam frugum Deo dependerent; hijs in neomenia offerebant in holocaustum vitulos duos, arietem unum, agnos septem, eam suis libamentis, ut hoc versu dicitur: item hircum unum pro peccato, ut dicitur v. 15. Tertia, ut à Deo, per sacrificia et preces, decursum totius mensis festum et salutarem ipso ejus initio peterent et impetrarent.

Quarta, ad legem Dei, et ea quæ illo mense

agenda erant, in tabernaculo audiendum. Hæc de causâ et apud Romanos in calendis popularis confluebat in urbem, ut quisque disceret et intelligeret, quid eo mense in divinis humanisque rebus faciendum incumberet; unde pontifex calatâ, id est, vocatâ, in Capitolium plebe, quot ad nonas dies superessent, repetitâ voce calo significabat, indeque calendis nomen est inditum, de quo fusè Macrob. lib. 1 Saturn. Atque à calendis calendaria sunt dicta, scilicet diaria, in quibus calendæ singulorum mensium cum cæteris diebus erant descriptæ. Hæc commodè applices primæ Dominicæ mensis, quâ Christiani religiosiores solent spiritum innovare, confiteri, communicare, Deo pro beneficiis mense elapso acceptis gratias agere, eique auspiciis mensis ineuntis totumque mensem offerre, atque omnia prospera in eo petere; quam ad rem iis in Ecclesiis nostris plenariè indulgentiæ à summis pontificibus concessæ sunt: nec enim decet Christianos in hæc pietate et gratitudine cedere Judæis.

VERS. 15. — ET DECIMAM DECIME SIMILE EX OLEO. Decima decime erat una decima. Nam sicut pro vitulo tres decimæ, pro ariete duas, ita pro agno unam decimam simile, in libamentis offerebant, ut patet c. 15, v. 5: illa ergo una decima, hic et v. 21, vocatur decima decime, id est, decima pars ephi, quod erat decima pars cori: corus enim continebat decem ephi: ephi autem continebat decem decimas sive assarones. Assaron ergo, sive decima, erat decima pars decime, id est, ephi; sed centesima pars cori (decies enim decem sunt centum). Pro decima decime, Hebr. est, *assaron assaron*; quod cum Chald. sic quoque verti posset: *Et singulas decimas per agnos singulos*; geminatio enim Hebræa distribuit, idemque valet quod *per singulos*.

VERS. 15. — HIRCUS QUOQUE OFFERETUR DOMINO PRO PECCATIS, IN HOLOCAUSTUM SEMPERITERNUM CUM LIBAMENTIS SUI. Hircusque descriptus holocausta in calendis sive in neomenia immolanda; nunc describit victimam pro peccato in calendis immolendam: ea erat hircus. Taludici fabulantur hunc hircum singulis calendis immolatum fuisse pro peccato, non populi, sed Dei, quod ipse, inquit, commisit, eum immolavit lucem lune, et fecit eam deficere, cum antea luna æquale lumen cum sole haberet, idque, quia luna dixerat Deo, unum regem non debere habere duas coronas: epiens, ut soli Deus lumen detraheret, itaque ipsa solem suo splendore vincebat. Sed hæc tam stolidæ sunt

et stulta, quàm blasphemæ. Dico ergo, hunc hircum fuisse oblatum pro peccatis totius populi, indeterminatè et in genere toto anno, sed maxime precedente mense elapso commissis.

Quæres, quomodo hic hircus pro peccato, vocatur holocaustum sempiternum? Rursùm quæ habebat libamenta? Responderi posset hircum hunc vocari holocaustum sempiternum, per catachresin: quia scilicet semper stato tempore, puta in calendis, adeps hirci debet cremari Deo: caro enim reliqua cedebat sacerdoti juxta legem Levit. 6, 25. Simili modo adeps hostiæ pacificæ dicitur cremari in holocaustum c. 5, 5. Rursùm, per libamenta hic intelligi posset sal: nam mincha, id est, simila, vinum et oleum, non libabantur in victimis pro peccato, uti dictum est c. 15, 5, nec thus cum eis adolebatur, ut patet Levit. 5, 12.

Verim hæc videntur arcta et contorta. Unde dico sensum hujus loci eruendum esse ex Hebræo, quem clarè et planè sic vertunt Chald. Septuag., Vatabl. et alii: *Hircum pro peccato offeretis, ultra holocaustum juge, cum libamentis ejus, q. d. in calendis offeretis hircum pro peccato, ultra jube, id est, simila, vinum et oleum, non libabantur in victimis pro peccato, uti dictum est c. 15, 5, nec thus cum eis adolebatur, ut patet Levit. 5, 12.*

Verim hæc videntur arcta et contorta. Unde dico sensum hujus loci eruendum esse ex Hebræo, quem clarè et planè sic vertunt Chald. Septuag., Vatabl. et alii: *Hircum pro peccato offeretis, ultra holocaustum juge, cum libamentis ejus, q. d. in calendis offeretis hircum pro peccato, ultra jube, id est, simila, vinum et oleum, non libabantur in victimis pro peccato, uti dictum est c. 15, 5, nec thus cum eis adolebatur, ut patet Levit. 5, 12.*

1. Mensis etiam septimi prima dies venerabilis et sancta erit vobis: omne opus servile non facietis in eâ, quia dies clangoris est et tubarum.

2. Offeretisque holocaustum in odorem suavisimum Domino, vitulum de armento unum, arietem unum et agnos annulos immaculatos septem;

3. Et in sacrificiis eorum, simile oleo conperso tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem.

§. S. VII.

idem sit quòd ad holocaustum, cum holocausto, ultra holocaustum. Sic vulgò decimus: Rex dedit vestes aureas filie suæ in dotem, id est, ad dotem, id est, ultra dotem, cum dote: nec enim vestes in dotem ipsam dari solent: et prepositio in, sæpe sumitur pro ad, cum, etc. Fortè etiam pro in holocaustum, legendum est, *insuper holocaustum*, uti vult Abulens., qui censet textum Latinum hic esse corruptum vel mutilum, vitio librariorum.

VERS. 16. — PHASE DOMINI ERIT; festum paschæ erit.

VERS. 19. — OFFERETISQUE INVENSUM HOLOCAUSTUM DOMINO. Pro *invensum* Hebr. est, *ignitionem*, id est, victimam que igne cremetur, fiatque holocaustum. Ex hoc v. patet in festo paschæ oblatos fuisse in holocaustum duos vitulos, arietem unum, agnos septem cum suis libamentis, atque hircum unum pro peccato.

VERS. 22 et 25. — UT EXPIETUR (UT fiat expiatio) PRO VOBIS, PRÆTER HOLOCAUSTUM MATUTINUM. Intellige et vespertinum: sed illud hic non exprimitur: quia de eo non erat causa dubitandi, uti de matutino: hoc enim videri poterat omitti posse, quando mane eodem, tam multa alia sacrificia immolabantur: unde Deus expressè jubet illud non omitti.

VERS. 24. — IN FOMITEM IGNIS. Hebr. ad panem, vel cibum ignis, id est, ad nutrimentum ignis.

VERS. 26. — DIES ETIAM PRIMITIVORUM, in quâ offerantur primas fruges maturas, id est, panes ex primis frugibus, puta dies pentecostes, que celebratur expletis septem hebdomadibus, numeratis à secundo die azymorum, VENERABILIS ET SANCTA ERIT.

VERS. 27. — OFFERETISQUE HOLOCAUSTUM. Eadem victimæ jubentur hic offerri in festo pentecostes, que jusse sunt offerri in paschate v. 19.

Nota has victimas esse alias ab iis de quibus Levit. 25, 48, ut ibi dixi.

CHAPITRE XXIX.

1. Le premier jour du septième mois vous sera aussi vénérable et saint: vous ne ferez aucune œuvre servile en ce jour-là parce que c'est le jour du son éclatant, et du bruit des trompettes, avec lesquelles on annonce que ce jour est le premier de l'année civile.

2. Vous offrirez ce jour-là au Seigneur en holocauste d'une odeur très-agréable, un veau du troupeau, un bœuf et sept agneaux d'un an, qui soient sans tache.

3. Avec les oblations qui doivent les accompagner dans le sacrifice, savoir: trois dixièmes de farine mêlée avec l'huile pour chaque veau, deux dixièmes pour le bœuf,

4. Unam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem :

5. Et hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi,

6. Præter holocaustum calendarum cum sacrificiis suis, et holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. Eisdem carceribus offerentis in odorem suavissimum incensum Domino.

7. Decima quoque dies mensis hujus septimi erit vobis sancta atque venerabilis, et affligetis animas vestras; omne opus servile non facietis in eâ.

8. Offeretisque holocaustum Domino in odorem suavissimum, vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem :

9. Et in sacrificiis eorum, simile oleo conperse tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem,

10. Decimam decimas per agnos singulos, qui sunt simul agni septem,

11. Et hircum pro peccato, absque his que offerri pro delicto solent in expiationem, et holocaustum sempiternum, cum sacrificio et libationibus eorum.

12. Quinta decima verò die mensis septimi, que vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus servile non facietis in eâ, sed celebrabitis solemnitatem Domino septem diebus.

13. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim :

14. Et in libamentis eorum, simile oleo conperse tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim : et duas decimas arietis uno, id est, simul arietibus duobus,

15. Et decimam decimas aguis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim :

16. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, et sacrificio, et libamine ejus.

17. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim :

18. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos, et arietes, et agnos ritè celebrabitis,

19. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque et libamine ejus.

4. Un dixième pour chaque agneau, c'est-à-dire pour chacun des sept agneaux;

5. Et le bouc pour le péché qui est offert pour l'expiation des péchés du peuple,

6. Sans compter l'holocauste des premiers jours du mois, avec ses oblations, et l'holocauste perpétuel avec les offrandes de farine et de liqueur accoutumées, et que vous offrirez tousjours avec les mêmes cérémonies, comme une odeur très-agréable, qui se brûle devant le Seigneur.

7. Le dixième jour de ce septième mois vous sera aussi saint et vénérable : vous affligerez vos âmes en ce jour-là, et vous n'y ferez aucune œuvre servile.

8. Vous offrirez au Seigneur en holocauste d'une odeur très-agréable, un veau du troupeau, un bœuf et sept agneaux d'un an, qui soient sans tache,

9. Avec les oblations qui doivent les accompagner dans le sacrifice, savoir : trois dixièmes de farine mêlée avec l'huile pour chaque veau, deux dixièmes pour le bœuf,

10. La dixième partie d'un dixième pour chaque agneau, c'est-à-dire, pour chacun des sept agneaux;

11. Avec le bouc pour le péché, outre les choses qu'on a coutume d'offrir pour l'expiation de la faute, et sans compter l'holocauste perpétuel, avec ses oblations de farine et ses offrandes de liqueur.

12. Au quinzième jour du septième mois, qui vous sera saint et vénérable, vous ne ferez aucune œuvre servile, mais vous célébrerez en l'honneur du Seigneur une fête solennelle pendant sept jours.

13. Vous offrirez au Seigneur en holocauste, d'une odeur très-agréable, treize veaux du troupeau, deux bœufs, et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache et sans défaut :

14. Avec les oblations qui doivent les accompagner, savoir : trois dixièmes de farine, mêlée avec l'huile pour chaque veau, c'est-à-dire, pour chacun des treize veaux; deux dixièmes pour un bœuf, c'est-à-dire, pour chacun des deux bœufs;

15. La dixième partie d'un dixième pour chaque agneau, c'est-à-dire pour chacun des quatorze agneaux;

16. Et le bouc qui s'offre pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

17. Le second jour vous offrirez douze veaux du troupeau, deux bœufs, quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

18. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur, pour chacun des veaux, des bœufs et des agneaux.

19. Avec le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel et ses oblations de farine et de liqueur qui doivent l'accompagner.

20. Die tertio offeretis vitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim :

21. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos, et arietes, et agnos ritè celebrabitis :

22. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque et libamine ejus.

23. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim,

24. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos, et arietes, et agnos ritè celebrabitis,

25. Et hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

26. Die quinto offeretis vitulos novem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim,

27. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes, et agnos ritè celebrabitis :

28. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

29. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim,

30. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos, et arietes, et agnos ritè celebrabitis,

31. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

32. Die septimo offeretis vitulos septem et arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim,

33. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos, et arietes et agnos ritè celebrabitis,

34. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

35. Die octavo, qui est celeberrimus, omne opus servile non facietis,

36. Offerentes holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem,

37. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos ritè celebrabitis,

38. Le troisième jour, vous offrirez onze veaux, deux bœufs, quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

39. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur, pour chacun des veaux, des bœufs et des agneaux,

40. Avec le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

41. Le quatrième jour vous offrirez dix veaux, deux bœufs et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

42. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des bœufs et des agneaux,

43. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

44. Le cinquième jour, vous offrirez neuf veaux, deux bœufs et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

45. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des bœufs et des agneaux,

46. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

47. Le sixième jour, vous offrirez huit veaux, deux bœufs et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

48. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des bœufs et des agneaux,

49. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

50. Le septième jour, vous offrirez sept veaux, deux bœufs et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

51. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des bœufs et des agneaux,

52. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

53. Le huitième jour, qui sera le plus célèbre, vous ne ferez aucune œuvre servile.

54. Et vous offrirez au Seigneur en holocauste d'une odeur très-agréable un veau, un bœuf et sept agneaux d'un an, qui soient sans tache.

55. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur

58. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

59. Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris, præter vota et oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, et in hostiis pacificis.

pour chacun des veaux, des bœliers et des agneaux.

58. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

59. Voilà ce que vous offrirez au Seigneur dans vos fêtes solennelles, sans compter les holocaustes, les oblations de farine et de liqueur et les hosties pacifiques que vous offrirez à Dieu, soit pour vous acquitter de vos vœux, ou volontairement : lesquelles oblations ne vous dispenseront jamais de celles que le Seigneur vous a prescrites.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—DIES CLANGORIS ET TUBARUM EST. Festum tubarum celebrabatur die primo mensis septimi; de hoc festo dixi Levit. 25, 24.

VERS. 3.—PER SINGULOS VITULOS, id est, per vitulum. Ita Hebr. Unus enim tantum vitulus quotannis offerebatur in festo tubarum, scilicet singulis annis singuli vituli, et hoc voluit noster interpretes.

VERS. 6.—PRÆTER HOLOCAUSTUM CALENDARUM. Festum enim tubarum incidebat in calendis septimi mensis : unde in eo tam victimæ propriæ calendis, quam victimæ propriæ festo tubarum, immolari debebant, post jugo sacrificium agni, ut dixi c. præced. v. 10, unde id ipsum hic repetitur et inculcatur in festo expiationis v. 11, et in singulis diebus festi tabernaculorum, ut patet v. 16, 19, 22, 25, 28, 31, 34, 38.

VERS. 7.—DECIMA QUOQUE DIES MENSIS HIRUS SEPTIMI ERIT VOBIS SANCTA. Illa enim erat festum expiationis, de quo Levit. 25, 27.

VERS. 11.—ABSQUE HIS QUE OFFERI PRO DELICTO SOLENT IN EXPIATIONEM. Nam in die hoc expiationis, expiabat sacerdos, populus et tabernaculum, per illationem sanguinis in Sanctum sanctorum : ad hoc autem faciendum accipiebatur et immolabatur vitulus pro peccato, et arietes in holocaustum. Rursum arietes duo, quorum alter erat emissarius, alter fiebat holocaustum, de quibus Levit. 16. Illa ergo sacrificia præmittabantur ad expiationem, quæ facta, ad honorem festi immolabantur holocausta hic præscripta, scilicet vitulus unus, aries unus, agni septem.

CAPUT XXX.

1. Narravitque Moyses filiis Israel omnia que ei Dominus imperârat.

2. Et locutus est ad principes tribuum filiorum Israel : iste est sermo quem præcepit Dominus :

3. Si quis virorum votum Domino voverit, aut se constrinxerit juramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit, implebit.

4. Mulier si quidpiam voverit, et se constrinxerit juramento, que est in domo patris sui, et in ætate adhuc puellari; si cognoverit pater votum quod pollicita est, et juramentum quo obligavit animam suam, et tacerit, voti rea erit.

5. Quidquid pollicita est et juravit, opere complebit.

6. Sin autem, statim ut audierit, contradixerit pater, et vota et juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebuntur sponsioni, eo quod contradixerit pater.

7. Si maritum habuerit, et voverit aliquid, et semel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento;

8. Quo die audierit vir, et non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiserat.

9. Sin autem audiens statim contradixerit, et irritas fecerit sollicitationes ejus, verbaque quibus obstrinxerat animam suam, propitius erit ei Dominus.

10. Vidua et repudiata, quidquid voverint, reddent.

11. Uxor in domo viri, cum se voto constrinxerit et juramento;

12. Si audierit vir, et tacerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcumque promiserat.

13. Sin autem extemplo contradixerit, non tenebuntur promissionis rea, quia maritus contradixit, et Dominus ei propitius erit.

14. Si voverit, et juramento se constrinxerit, ut per jejunium, vel cæterarum rerum abstinentiam, affligat animam suam, in arbitrio viri erit ut faciat, sive non faciat.

15. Quod si audiens vir tacerit, et in alteram diem distulerit sententiam, quidquid voverat atque promiserat, reddet, quia statim ut audivit, tacuit.

16. Sin autem contradixerit postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem ejus.

2. Et il dit aux princes des tribus des enfants d'Israel : Voici ce que le Seigneur a ordonné touchant les vœux et les promesses faites avec serment :

3. Si un homme a fait un vœu au Seigneur, ou s'est lié par un serment, il ne manquera point à sa parole, mais il accomplira tout ce qu'il aura promis.

4. Il en sera de même lorsqu'une femme aura fait un vœu, et se sera liée par un serment. Mais si c'est une jeune fille qui soit encore dans la maison de son père, et que le père ayant connu le vœu qu'elle a fait, et le serment par lequel elle s'est engagée elle-même, n'en ait rien dit, elle sera obligée à son vœu.

5. Et elle accomplira effectivement tout ce qu'elle aura promis et juré.

6. Mais si le père s'est opposé à son vœu aussitôt qu'il lui a été connu, ses vœux et ses serments seront nuls, et elle ne sera point obligée à ce qu'elle aura promis, parce que le père s'y est opposé.

7. Si c'est une femme mariée, demeurant encore dans la maison de son père, qui ait fait un vœu, et si la parole étant une fois sortie de sa bouche, l'a obligée par serment,

8. Et que son mari ne l'ait point désavouée le jour même qu'il l'a su, elle sera obligée à son vœu, et elle accomplira tout ce qu'elle aura promis.

9. Que si son mari, l'ayant su, la désavoue aussitôt, et rend vaines ses promesses et les paroles par lesquelles elle s'est engagée elle-même, elle ne sera plus tenue à son vœu; et le Seigneur lui pardonnera si elle ne l'accomplit pas.

10. La femme veuve et la femme repudiée accompliront tous les vœux qu'elles auront faits, parce qu'elles ne sont plus sous la puissance d'autrui.

11. Si une femme étant dans la maison de son mari, s'est liée par un vœu et par un serment,

12. Et que le mari l'ayant su, n'en dise mot, et ne désavoue point la promesse qu'elle aura faite, elle accomplira tout ce qu'elle avait promis.

13. Mais si le mari la désavoue aussitôt, elle ne sera point tenue de sa promesse, parce que son mari l'a désavouée; et le Seigneur lui pardonnera, si elle n'exécute pas ce qu'elle a promis.

14. Si donc elle a fait vœu, si elle s'est obligée par serment d'affliger son âme, ou par le jeûne, ou par d'autres sortes d'abstinenances, il dépendra de la volonté de son mari qu'elle le fasse ou qu'elle ne le fasse pas.

15. Que si son mari, l'ayant su, n'en a rien dit, et a différé au lendemain à en dire son sentiment, elle accomplira tous les vœux et toutes les promesses qu'elle avait faites, parce que le mari n'en a rien dit, aussitôt qu'il l'a appris.

16. Que si aussitôt qu'il a su le vœu de sa femme, il l'a désavoué, il sera lui seul chargé de toute sa faute, et la femme doit demeurer dispensée de son serment.

CHAPITRE XXX.

1. Moïse rapporta aux enfants d'Israel tout ce que le Seigneur lui avait commandé.

17. Iste sunt leges quas constituit Dominus Moysi, inter virum et uxorem, inter patrem et filium, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — AD PRINCIPES, et ad totum populum, cujus potior pars erant principes: vel ad principes, ut scilicet eadem referrent ad populum quisque suum, seu sacre tribus.

ISTE EST SERMO, QUEM PRÆCEPIT DOMINUS, circa vota, ut sequitur. Est hic aposiopesis Hebræa: Moses enim non enarrat hic solum cum Deo de votis colloquium, sed illud involvit cum hæc enarratione suâ ad populum, quâ executus est præceptum divinum. E contrario cap. 28 et 29, enarravit præcepta Domini, sed solum se eadem retulisse populo; et tales aposiopeses familiaris sunt S. Scripturæ et Hebræis.

VERS. 3. — SI QVIS VIROREM VOTUM DOMINO VOVERIT, AUT SE CONSTRINXERIT JURAMENTO, si videlicet suam promissionem et votum confirmarit juramento.

NON FACIET IRRITUM, non violabit votum aut juramentum.

VERS. 4. — MULIER SI QUIDPIAM VOVERIT IN ÆTATE ADHUC PUELLARI. Sub puellari intellige et puerum in ætate puerili: utriusque enim par est ratio. Ita Abulensis.

SI COGNOVERIT PATER VOTUM, etc., ET TACEBIT, VOTI REA ERIT, voto erit obligata. Nota: si cognoverit: quia antequam pater cognosceret votum, illudque irritaret, tenebatur filia illud implere, si deliberatè illud emiserat. Sub patre, etiam intores intellige; hi enim, patre mortuo, quasi in jus et regimen paternum succedunt.

Nota primò. Si taceret pater, hoc ipso votum filia confirmabatur, quia consentire videtur is qui tacet in eo quo præjudicatur, vel subtrahitur aliquid suo juri et potestati; uti faciebat hic puella, quæ per votum hoc patriâ potestate et libertate ex parte se subtraherebat; silentium tamen hoc patris, non tam ex lege naturæ quam ex hæc lege Dei positivâ, votum filia confirmabat, uti plenius dicam v. ult.

Nota secundò. Votum, in quod semel tacitè consenserat pater, absolutè fiebat ratum, unde non licebat patri illud postea irritare: si tamen puella quæ voverat, postea nuberet, licebat marito statim post contractum matrimonium, votum ejus irritare, æquè ac si votum factum

17. Ce sont là les lois que le Seigneur a données à Moïse pour être gardées entre le mari et la femme, entre le père et la fille qui est encore toute jeune, ou la femme mariée qui demeure encore dans la maison de son père.

fuisse in matrimonio; alioqui enim marito etiam invito et ignoranti, per hæc vota præcedentia, gravia onera potuissent injici, quæ ipse amplecti et subire non tenebatur. Ita Abulens. q. 55.

VERS. 6. — SIN AUTEM STATIM UT ADIERIT, CONTRADIXERIT. Hebr. si statim ut audierit, irritarit, dissolverit, vel frugerit votum, statim, intellige, non eodem instanti, sed moraliter, scilicet eodem die; nam sequenti die contradicere non poterat, ut dicitur v. 15.

VERS. 7. — SI MARITUM HABERIT ET VOVERIT. Judæi per *maritum* intelligunt sponsum, cui puella desponsata est, ut distinguatur hic casus à casu v. 11; ibi enim agit de marito, cui puella tradita est; hic verò de eo cui tantum desponsata est et promissa. Verùm maritum tam hic quam v. 11 accipiendum esse, non sponsum, patet ex Hebr., Chaldo, Septuag. qui habent, *si fuerit viro*. Hæc enim phrasid apud Hebræos, significat nuptam, et viro traditam; quare, si quæ sit distinctio inter casum hujus versûs, et versûs 11, dixerim potius hic agi de nuptâ, quæ agit cum marito in domo patris sui, ut doceat hujus voti irritationem ad maritum non ad patrem (esto in ejus domo degat) spectare; vers. verò 11 agi de nuptâ, quæ habitat extra domum patris, in domo mariti, ut ibi exprimitur. Ita S. Aug. q. 59.

VERS. 9. — PROPITIUS ERIT EI DOMINUS, Dominus non indignabitur uxori, si non servet votum à marito irritatum.

VERS. 11. — CUM SE VOTO CONSTRINXERIT, ET JURAMENTO. Et pro *aut* hic capitur; in Hebræo enim est *aut*.

VERS. 14. — SI VOVERIT, ET JURAMENTO SE CONSTRINXERIT, UT PER JEJUNIUM, VEL CETERARUM RERUM ABSTINENTIAM, AFFLIGAT ANIMAM SUAM. Descendit hic Deus à thæs ad hypothesin, seu ad exemplum usitatissimum, ex quo de reliquis omnibus votis peregrinationis, orationis, elemosynarum, poenitentiarum, etc., simile iudicium sumendum relinquit. Nam de quibuslibet votis hic agi, non autem de votis abstinentiæ tantum, patet ex v. 1, 4, 5, 8, 10, 12. S. August. tamen, q. 59, censet hic tantum agi de votis

abstinentiæ à cibis, non à concubitu. Verùm, quod dixi, verius videtur: verba enim Scripturæ versibus jam citatis generalia sunt; unde quælibet vota comprehendere videntur.

VERS. 16. — SIN AUTEM CONTRADIXERIT, POSTQUAM RESCIVIT, PORTABIT IPSE INIQUITATEM EJUS. Septuag. pro, *postquam rescivit*, habent, *post diem in quâ audivit*, ut sensus sit, q. d.: Maritus debet primo die, quo rescit votum uxoris, contradicere, si velit illud irritare: si tamen primo die taceat et differat, itaque tacitè consentiat, sed sequente die consensum revocet, et contradicat, uxor à voto excusatur, quia maritus illud irritat; peccat tamen maritus contra legem hanc, consensum suum revocans: unde hujus voti non impleti culpam et poenam portabit ipse, non uxor. Ita S. Aug. qu. 56; Abulens. Rahaans, Lyransus, Olcaster, Cajetan., probantque ex eo, quia si maritus primo die contradixisset, itaque irritasset uxoris votum, nulla iniquitas fuisset ipsi, vel uxori portanda; usus enim fuisset ipse ritè jure suo; ergo cum hic dicatur, quod contradicendo portabit iniquitatem ejus, ita ut ipse peccet, non uxor, quæ votum, cui ille contradicit, non servat, sequitur contradictionem ejus quidem esse validam votumque uxoris irritare: sed tamen eam perperam ab eo fieri, quia scilicet fit contra legem secundo die, cum primo die fieri debuisset; ideoque dicitur ipse portaturus iniquitatem ejus. Verùm, *post diem*, non est in Hebræo, Chald. et nostro, videturque hoc loco impertinens, imò incidere et enervare æquum et directam antithesin. Nam hoc versu idem planè dicit et sancit Deus, cum eo quod sanxit v. 5, 8, 12, 15 (tantum enim hoc v. dat exemplum dictorum, ut dixi vers. præced.), videlicet, uxorem liberam esse à voto abstinentiæ, si ei statim eodem die quo illud rescivit, maritus contradicat; sin taceat, statim votum ipsum confirmari, ita ut sequenti die contradicere, votumque irritare non possit. Id enim planè convincit antithesis hujus versûs cum præcedenti, hocque fuisse veteris juris in istâ lege, versus citati planè significant. Secus est in lege novâ; in eâ enim probabile est parentem et maritum posse revocare consensum antea datum, itaque irritare votum filie, vel uxoris, in quod semel consensit, licet irritando peccet, si temerè id faciat, ut doctè docet noster Lessius tract. de Voto dub. 15.

Dices: Si maritus irritat votum uxoris statim eodem die, quo illud cognovit, ritè facit: uti-

tur enim jure suo; quenam ergo iniquitas est illi portanda, ut hic dicitur? — Respondeo: Licet maritus utatur jure suo, potest tamen peccare in ipsâ irritatione voti, si videlicet sine causâ, in re piâ consensum neget, votumque irritet, præsertim si ex zelotypiâ, concupiscentiâ, avaritiâ, aliove vitio nolit uxorem servare votum levis et brevis alicujus, verbi gratiâ, abstinentiæ, orationis, elemosynæ, etc. Et tunc ipse hujus irritationis culpam, quanta quanta est, portabit.

PORTABIT IPSE INIQUITATEM EJUS. Ejus, scilicet uxoris; patet ex Hebræo: quia videlicet culpam hujus voti uxoris suæ non adimpleti, si quæ sit, quæ aliâ in uxorem recidisset, ipse in se transcripsit, dum illud sine causâ et iniquè irritavit. Hujus enim voti uxoris, temerè irritati reatum et poenam feret, non uxor, sed maritus irritans.

Hæc dicit Deus, ad solatium uxoris, utque scrupulos ei eximat. Solent enim femine in vota prone de iis anxie esse et sollicitæ; ut illa adimpleant; nec sibi satisfaciunt, esto illa à maritis irritentur. Jubet ergo Deus hic eas esse securas, doctæque culpam, si quæ sit in hæc re, esse mariti, non uxoris.

VERS. 19. — VEL QUÆ MANET IN PARENTIS DOMO, quæ necdum est emancipata, aut viro tradita, sed puella est innupta, etiam grandæva. Omnium enim harum vota quælibet irritare poterat parens, uti omnia uxoris vota irritare poterat maritus, idque licitè, si statim eodem die contradicere.

Hinc patet, hæc leges de votis, eorumque irritatione, non esse undequaque legis et juris nature, uti nonnullis visum fuit, sed ex parte esse positivâs, scilicet cæremoniales, vel judiciales legis veteris, quæ jam est abolita. Nam lex nature non dicitur patrem posse filiarum puberum et grandævaram vota omnia, præsertim illa quæ patriæ potestati non præjudicant, irritare: alioqui enim id etiam in lege novâ locum haberet. Hoc autem est falsum. Secundo, lex nature non dicitur, solo silentio parentis, vel mariti, votum filie vel uxoris planè confirmari. Tertio, lex nature non jubet, ut parens, vel maritus voto statim contradicat, si illud irritare cogitet, potest enim requirere tempus ad deliberandum. Sanxit ergo hæc ita Deus in lege veteri, ne populus ille crassus suorum pia vota nimis faciliè, quavis de causâ impediret aut retractaret.

CAPUT XXXI.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :
2. Uliciscere prius filios Israel de Madianitis, et sic colligeris ad populum tuum.
3. Statimque Moyses : Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini expetere de Madianitis.
4. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum.
5. Dederuntque milenos de singulis tribubus, id est, duodecim milia expeditorum ad pugnam :
6. Quos misit Moyses cum Phinees, filio Eleazari sacerdotis; vasa quoque sancta, et tubas ad clangendum tradidit ei.
7. Cumque pugnassent contra Madianitas, atque vicissent, omnes mares occiderunt,
8. Et reges eorum, Evi, et Recem, et Sur, et Hur, et Rebe, cinq principes gentis : Balaam quoque, filium Beor, interfecerunt gladio.
9. Ceperuntque mulieres eorum, et parvulos, omniaque pecora, et cunctam suppellectilem : quidquid habere potuerant depopulati sunt :
10. Tam urbes, quam viculos et castella flamma consumpsit.
11. Et tulerunt prædam, et universa que ceperant tam ex hominibus, quam ex iumentis,
12. Et adduxerunt ad Moysen, et Eleazarum sacerdotem, et ad omnem multitudinem filiorum Israel : reliqua autem utensilia portaverunt ad castra, in campestribus Moab, juxta Jordanem, contra Jericho.
13. Egressi sunt autem Moyses et Eleazar sacerdos, et omnes principes synagoge, in occursum eorum extra castra.
14. Iratusque Moyses principibus exercitûs, tribunis, et centurionibus qui venerant de bello,
15. Ait : Cur feminas reservastis ?
16. Nonne iste sunt, que ceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, et prævaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, unde et percussus est populus ?
17. Ergo cunctos interficite, quidquid est generis masculini, etiam in parvulis : et mulieres, que noverunt viros in coitu, jugulate :
18. Puellas autem et omnes feminas virgines reservate vobis :
19. Et manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio et septimo.

CHAPITRE XXXI.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit :
2. Vengez premièrement les enfans d'Israel des Madiantites : et après cela vous serez réuni à votre peuple.
3. Aussitôt Moïse dit au peuple : Faites prendre les armes à quelques-uns d'entre vous, et préparez-les au combat, afin qu'ils puissent exécuter la vengeance que le Seigneur veut tirer des Madiantites.
4. Choisissez mille hommes de chaque tribu d'Israel, pour les envoyer à la guerre.
5. Ils donnerent donc mille soldats de chaque tribu, c'est-à-dire, douze mille hommes prêts à combattre.
6. Qui furent envoyés par Moïse avec Phinees, fils du grand-prêtre Eleazar, auquel il donna encore les vases saints et les trompettes pour en sonner.
7. Ils combattirent donc contre les Madiantites, et les ayant vaincus, ils passerent tous les mâles au fil de l'épée,
8. Et tuèrent leurs rois Evi, Recem, Sur, Hur et Rebé, cinq princes de la nation, avec Balaam, fils de Bëor, qui s'était arrêté chez eux pour voir l'effet de ses pernicieux conseils.
9. Et ils prirent leurs femmes, leurs petits-enfans, tous leurs troupeaux, et tous leurs meubles; ils pillèrent tout ce qu'ils avaient.
10. Ils brûlèrent toutes leurs villes, tous leurs villages et tous leurs châteaux.
11. Et ayant emmené leur butin, et tout ce qu'ils avaient pris tant des hommes que des bêtes,
12. Ils les présentèrent à Moïse, à Eleazar, grand-prêtre, et à toute la multitude des enfans d'Israel; et ils portèrent au camp, dans la plaine de Moab, le long du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho, tout le reste de ce qu'ils avaient pris, qui pouvait servir à quelque usage.
13. Moïse, Eleazar, grand-prêtre, et tous les princes de la synagogue sortirent donc au-devant d'eux hors du camp.
14. Et Moïse voyant ce grand nombre de femmes qu'ils avaient faites captives, se mit en colère contre les principaux officiers de l'armée, contre les tribuns et les centeniers qui venaient du combat,
15. Et leur dit : Pourquoi avez-vous sauvé les femmes ?
16. Ne sont-ce pas elles qui ont séduit les enfans d'Israel selon le conseil de Balaam, et qui vous ont fait violer la loi du Seigneur par le péché commis à Phogor, qui attira la plaie dont le peuple fut frappé ?
17. Tuez donc tous les mâles d'entre les enfans mêmes, et faites mourir les femmes dont les hommes se sont approchés.
18. Mais réservez pour vous toutes les petites filles, et toutes les autres qui sont vierges;
19. Et demeurez sept jours hors du camp, pour vous purifier des impuretés que vous pouvez avoir contractées dans le combat : celui d'entre vous qui aura tué un homme ou qui aura touché à un homme qu'on aura tué, se purifiera le troisième et le septième jour.

20. Et de omni præda, sive vestimentum fuerit, sive vas, et aliquid in utensilia preparatum, de caprarum pellibus, et pilis, et ligno, expialitur.
21. Eleazar quoque sacerdos, ad viros exercitûs qui pugnâverant, sic locutus est : Hoc est præceptum legis, quod mandavit Dominus Moysi :
22. Aurum, et argentum, et aes, et ferrum, et plumbum, et stannum,
23. Et omne quod potest transire per flammam, igne purgabitur; quidquid autem ignem non potest sustinere, aquâ expiationis sanctificabitur :
24. Et lavabitis vestimenta vestra die septimo, et purificati postea castra intrabitis.
25. Dixit quoque Dominus ad Moysen :
26. Tollite summam eorum que capta sunt, ab homine usque ad pecus, tu, et Eleazar sacerdos, et principes vulgi :
27. Dividesque ex æquo prædam, inter eos qui pugnâverunt, egressique sunt ad bellum, et inter omnem reliquam multitudinem.
28. Et separabis partem Domino ab his qui pugnâverunt et fuerunt in bello, unam animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bobus, et asinis, et ovibus,
29. Et dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt.
30. Ex mediâ quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, et boum, et asinorum, et ovium, cunctorum animalium, et dabis ea Levitis, qui exculant in custodiis tabernaculi Domini.
31. Feceruntque Moyses et Eleazar, sicut præceperat Dominus.
32. Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ovium sexcenta septuaginta quinque milia,
33. Boum septuaginta duo milia.
34. Asinorum sexaginta milia et mille :
35. Animæ hominum sexus femineæ, que non cognoverant viros, triginta duo milia.
36. Dataque est mediâ pars his qui in prælio fuerant, ovium trecenta triginta septem milia quingente :
37. E quibus in partem Domini supputate sunt oves sexcentæ septuaginta quinque :
38. Et de bobus triginta sex millibus, boves septuaginta et duo :

20. Vous purifierez aussi tout le butin, les vêtements, les vaisseaux et tout ce qui peut être de quelque usage; soit qu'il soit fait de peaux, ou de poils de chèvre, ou de bois.
21. Le grand-prêtre Eleazar parla aussi de cette sorte aux gens de l'armée qui avaient combattu : Voici ce qu'ordonne la loi que le Seigneur a donnée à Moïse :
22. Que l'or, l'argent, l'airain, le fer, le plomb et l'étain,
23. Et tout ce qui peut passer par les flammes, soit purifié par le feu; et que tout ce qui ne peut souffrir le feu soit sanctifié par l'eau d'expiation.
24. Vous laverez vos vêtements le septième jour; et après avoir été purifiés, vous rentrerez dans le camp.
25. Le Seigneur dit aussi à Moïse :
26. Faites un dénombrement de tout ce qui a été pris depuis les hommes jusqu'aux bêtes, vous, le grand-prêtre, Eleazar, et les princes du peuple :
27. Et partagez le butin également en deux parts; vous distribuerez la première entre ceux qui ont combattu et qui ont été à la guerre, et la seconde entre tout le reste du peuple.
28. Vous séparerez aussi la part du Seigneur de tout le butin de ceux qui ont combattu, et qui ont été à la guerre. De cinq cents hommes, ou bœufs, ou ânes, ou brebis, vous en prendrez un,
29. Que vous donnerez au grand-prêtre Eleazar, et aux autres prêtres inférieurs, parce que ce sont les prémices du Seigneur.
30. Quant à l'autre moitié du butin, qui appartiendra aux enfans d'Israel, de cinquante hommes ou bœufs, ou ânes, ou brebis, ou autres animaux, quels qu'ils soient, vous en prendrez un que vous donnerez aux Lévités qui veillent à la garde et aux fonctions du tabernacle du Seigneur.
31. Moïse et Eleazar firent donc ce que le Seigneur avait ordonné.
32. Et on trouva que le butin que l'armée avait pris, était de six cent soixante-quinze mille brebis,
33. De soixante-douze mille bœufs,
34. De soixante-un mille ânes,
35. Et de trente-deux mille personnes du sexe féminin, c'est-à-dire, de filles qui étaient demeurées vierges.
36. La moitié fut donnée à ceux qui avaient combattu, savoir : trois cent trente-sept mille cinq cents brebis,
37. Dont on réserva pour la part du Seigneur six cent soixante-quinze brebis;
38. Trente-six mille bœufs, dont on en réserva soixante-douze;

39. De asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta unus :

40. De animalibus hominum sedecim millibus cesserunt in partem Domini triginta duae anime.

41. Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazar sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum.

42. Ex mediâ parte filiarum Israel, quam separaverat his qui in prælio fuerant.

45. De mediâ verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ovibus trecentis triginta septem millibus quingentis,

44. Et de bobus triginta sex millibus,

45. Et de asinis triginta millibus quingentis,

46. Et de hominibus sedecim millibus,

47. Tulit Moyses quinquagesimum caput, et dedit Levitis, qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut præceperat Dominus.

48. Cùmque accessissent principes exercitûs ad Moysen, et tribuni, centurionesque, dixerunt :

49. Nos servi tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostrâ; et nunc unus quidem deficit.

50. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singuli quod in prælio auri potuimus invenire, periscelides, et armillas, annulos et dextralia, ac murentulas, ut depreceris pro nobis Dominum.

51. Susceperuntque Moyses et Eleazar sacerdotes omne aurum in diversis speciebus,

52. Pondo sedecim millia, septingentos quinquaginta siclos à tribunis et centurionibus.

53. Unusquisque enim quod in prælio raperat, suum erat.

54. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonium, in monumentum filiarum Israel coram Domino.

39. Trente mille cinq cents ânes, dont on en réserve soixante-un.

40. Et seize mille filles, dont trente-deux furent réservées pour la part du Seigneur.

41. Moïse donna au grand-prêtre Eléazar, selon qu'il lui avait été commandé, le nombre des prémices du Seigneur.

42. Qu'il tira de la moitié du butin des enfants d'Israël, qu'il avait mise à part pour ceux qui avaient combattu.

45. Quant à l'autre moitié du butin qui fut donnée au reste du peuple, et qui se montait à trois cent trente-sept mille cinq cents bœufs,

44. Trente-six mille bœufs,

45. Trente mille cinq cents ânes,

46. Et seize mille filles,

47. Moïse en prit la cinquantième partie qu'il donna aux Lévites qui veillaient à la garde et aux fonctions du tabernacle du Seigneur, selon ce que le Seigneur avait ordonné.

48. Alors les principaux officiers de l'armée, les tribuns et les centeniers vinrent trouver Moïse, et lui dirent :

49. Nous avons compté, nous qui sommes vos serviteurs, tous les soldats que nous commandons, et il ne s'en est pas trouvé un seul de manque.

50. C'est pourquoi nous offrons chacun en don au Seigneur ce que nous avons pu trouver d'or dans le butin, en jarretières, en bagues, en anneaux, en bracelets et en colliers, afin que vous offriez pour nous vos prières au Seigneur.

51. Moïse et Eléazar grand prêtre reçurent donc des tribuns et des centeniers tout l'or en diverses espèces,

52. Qui pesait seize mille sept cent cinquante siclos.

53. Car chacun avait en pour soi en particulier le butin d'or, d'argent, d'habits et de joyaux qu'il avait pris, outre la part qu'il avait eue dans le butin et les esclaves qui furent mis en commun.

54. Et ayant reçu cet or, ils le mirent dans le tabernacle du témoignage, pour être un monument de la reconnaissance des enfants d'Israël devant le Seigneur.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — ULCISCERE FILIOS ISRAEL DE MLIANITIS, quia ipsi provocârunt Israelitas, prostituendo eis filias suas, ad fornicationem et ad idololatram Beelphegor, idque eâ mente et scopo, ut eos postea, utpote à me desertos, invaderent et cæderent, ut dixi c. 25, initio.

VERS. 5. — QUI POSSINT ULTIONEM DOMINI EXPERIRE DE MLIANITIS. *Ultio* hæc dicitur Domini, primò, quia fiet à Domino vòs adiuvante, et ante vos pugnante, ac prosternente Mlianitas : ita Sept. Secundo, *ultio Domini* erit ea, quæ

ulciscemini injuriam populo Domini, et per consequens ipsi Domino, à Mlianitis illatam. Ita Chald.

VERS. 5 ET 6. — DUODECIM MILLIA, etc. MISTICUM PHINEES (quia Phinees animosissimè impedivit hoc scelus et scandalum Beelphegor, occidendo Mlianitidem, c. 25, 7), VASA QUOQUE SANCTA ET TUBAS (de quibus c. 10, 9), ad CLANGENDUM TRADIDIT EI. *Vasa sancta* erant arca cum tabulis legis, Cherubim et propitiatorio; hæc enim secum deferebant Judæi euntes ad

bellum, ut scilicet ita quasi Deum, propitiatorio insidentem, secum deberent, qui castra hostium suâ presentia dissiparet et protereret. Hæc ergo cum tubis tradita sunt Phinees sacerdoti, id est, cura ejus commissa sunt. Phinees enim profectus est ad hoc bellum, non tam ut dux esset belli, quàm ut sacerdos sacris præsesset.

Discant hic duces in castris probos habere sacerdotes, qui pietatem promoveant, Dei offensas et peccata colibeant. Discant et milites sacra sacrosque, ac Deum revereri : Deus enim est qui dat victoriam. Hodie non rarò aliter agitur, hinc elades et lacrymæ. Audi Petrum Blesens. Epist. 94 : « Olim, ait, se juramento milites obligabant, quòd starent pro reip. statu, quòd in acie non fugerent; sed et hodiè tirones enses suos recipiunt de altari, ut profiteantur se filios Ecclesie. Porro in contrarium res versa est; nam ex quo hodiè militari cingulo decorantur, statim insurgunt in Christos Domini, et deserviunt in patrimonium Christi : spoliant et deprædantur subjectos Christi pauperes, et miserabiliter atque in misericorditer affligunt miseros, ut in doloribus alienis illicitis appetitus et extraordinarias impliant voluntates. » Adit secundo : « Qui contra inimicos crucis vires suas exere debuerant, in potibus et ebrietatibus pugnant. » Vacant otio, marcent crapulâ, vitamque degenerem in immunditatis transigentes, nomen et officium militie dehonestant. Hi laudant in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias, cùm sint in pretoris leones, in præliis lepores. » Addit tertio : « Ordo militum nunc est, ordinem non tenere : nam cujus os malorum verborum spurcitiâ polluitur, qui detestabilis jurat, qui minus Deum timet, ministros Dei vilificat, qui Ecclesiam non veretur, iste hodiè in cœtu militum fortior et nominatior reputatur. » Isti sunt galeati lepores, qui fortes sunt ad furandum, potandum, constuprandum, abigendum pecora amicorum; sed in quibus in acie nulla est vis, nec in victoria decus, nec in fugâ flagitium : exercitus linguâ quàm manu prompior, prædator è sociis, et ipse hostium præda.

Allegoricè, vasa hæc et Cherubim sunt angelis sancti, qui cum viris piis et probis certant contra demones et peccata, eosque animant et adjuvant. Tubæ sunt prædicatorum divinarum sermones et cohortationes. Phinees est Christus, qui hujus belli dux est et director. Ita Cyrill. lib. 4 de Adoratione.

Rursus arca continens manna, id est, Christum, est B. Virgo, quæ victoriam contra homines et demones largitur. Refert Theophanes, Anastasius et Cedrenus, atque ex iis Baronius, anno Christi 625, Heraclium imp. superasse Chosroem regem Persarum ope B. Virginis, quâ factum est, ut grande miraculo magnitudinis Persas contriverit.

Anno Domini 886, Basilus imperator Saracenorum principem, qui Christum ejusque matrem subsannaverat, invocans B. Virginem, bello superavit, ut refert Curopalat. et ex eo Baronius. Joannes Zemisca imp. Græcorum, Bulgaros, Russos, etc., superavit ope B. Virginis, quæ misit S. Theodorum Martyrem, qui visus est equo albo insidens in primâ acie pro Romanis pugnare, et hostium vires infringere, unde Zemisca in ejus honorem templum edificavit.

Pelagius princeps Asturum ope B. Virginis cum paucis Gothos superavit; tela enim etiam hostium in ipsomet retorta sunt vi divina, ita ut Alchaman eorum dux cum viginti millibus cæsus sit. Inde exierunt Hispani regum à Gothis occupatum recuperare. Exstat adhuc pelunea, in qua cum suis latuit Pelagius, B. Virginis dicata, dictaque S. Maria de Covadunga : ita Tuedens. Roderic. et ex iis Baron. anno Christi 718.

Nares magnus B. Virginis cliens et cultor, sub Justiniano imp. ope Virginis miras et crebras contra Totilam et Gothos obtinuit victorias : sselebat enim B. Virgo ei apparere, et quando prælium ineundum esset præcipere : quare ipse in aciem non descendeat, nisi ab eâ tempus opportunum cognovisset, uti refert Procopius, Evagrius, et ex iis Baronius anno Christi 568.

Stephanus, Hungarorum rex, iturus contra hostes, supplex open B. Virginis implorabat, dicens : « Si placet tibi, ô Domina mundi, tue partem hereditatis ab inimicis devastari, et novellam christianismi plantationem dissicari, ne, quæso, sinas illud imputari diffidentiar meæ, sed potius dispositioni voluntatis tue. Si quid commisit culpa pastoris, ipse et luat : oves, quæso, insontes ne patiaris affligi, » uti refert Anton. Bonfin. lib. 1 de Rebus Hungar. dec. 2.

Nota est celebris victoria Joannis Austriaci, quam ipse à Turcis retulit ope B. Virginis, unde ejus memoriam quotannis recolunt fideles, vocantque festum S. Mariæ de Victoria, quod celebrant sub initium octobris. Contigit illa anno Domini 1571, in mari Corinthiaco.

VERS. 7. — CUMQUE PUGNASSET CONTRA MA-

DIANTAS, ATQUE VICISSENT, OMNES HARES OCCIDERUNT, qui scilicet erant in Madian : nam aliquos, aulito belli instantis rumore, ex Madian in vicina loca fugisse, patet ex eo, quod ipsi restituerint gentem Madian, quae postea Judaeis fuit infesta, maxime tempore Gedeonis. Ita Abul.

VERS. 8. — ET REGES EORUM, EVI, ET RESEM, ET SUR, ET HUR, ET REBE; hi sunt quinque reges, id est, principes Madian, e quibus Sur pater fuit Madianitidis, quam occidit Phinees c. 25, 18.

BALAAH QUOQUE FILIUM BEOR INTERFEGERUNT GLADIO. Hinc patet, Balaam à Balac rege Moab, transisse in Madian, ibique similia contra Hebraeos machinatum esse, atque fecerat in Moab: ideòque jure ab Hebraeis in Madian cum aliis cecisum esse.

VERS. 15. — EGRESSI SUNT AUTEM MOYSES ET ELEAZAR, ad congratulandum victoribus, ex Madian redeuntibus.

VERS. 16. — QUAE PREPARAVI VOS FECERUNT IN DOMINO SUPER (in) PECCATO PHOGOR. Phogor, est Beelphegor, ut dixi c. 25, 3.

VERS. 17. — ERGO CUNCTOS INTERFICITE, QUOD EST GENERIS MASCULINI, ETIAM IN PARVULIS. Fuit hoc proprium in isto bello, quod parvuli jussu Dei (qui necis vitaeque omnium est dominus) et Moysis, sint occisi. Id factum est primo, ob criminis à Madianitis contra Hebraeos admisi enormitatem et detestationem. Secundo, ne parvuli, cum adolevisset, parentum suorum necem ulciscerentur.

Nota. Per judicem et potestatem humanam, non possunt occidi parvuli innocentes, propter peccatum parentum; possunt tamen occidi per jus et potestatem Dei, tum quia ipse transcendens in omnia ac consequenter in vitam omnium habet dominium; tum quia parvuli omnesque homines, ob peccatum originale, rei sunt mortis; illam ergo Deus eis, vel citò, vel seriò, sive hoc modo, sive alio pro libito inferre potest. Ita Abulensis in cap. 24 Deut. q. 5.

VERS. 17 et 18. — ET MULIERES QUAE NOVERUNT VIROS IN COITU, JUGULATE; PUELLAS AUTEM, ET OMNES FEMINAS VIRGINES RESERVATE. Nota. Madianitides à viris cognite, occidi jubentur, quia per tales decepti fuerant Hebraei fornicando cum illis, rursumque per eas decepti potuissent.

Ita Theod. q. 49; virgines verò ab hoc crimine fuerant immunes: unde eas reservàrunt Hebraei, vel ad hoc, ut eas venderent, vel ut eis quasi ancillis uterentur.

Potuerunt autem virgines à corruptis dignosci: primò, per inspectionem matronarum maxime obstetricum: quae inspectio etiam in lege novà est recepta, ut patet C. *fraternitatis*, extrav. de Frigidis. Secundo, per revelationem Dei, corruptas Mosi indicantis et designantis. Addit Abulens. tres alios modos, scilicet primò per gagatem gemmam: nam qui eam bibit, si non sit virgo, cogitur reddere urinam. Secundo, ex inspectione urinae: haec enim in virginibus clara est et lucida; in corruptis turbida. Tertio, per inspectionem horoscopi et constellationum caeli. Sed hic tertius modus, licet cum non improbet Abulensis hoc loco, alibi tamen eundem refutat, est enim supersticiosus: duo priores modi obscuri sunt, et incerti. De gagate tamen idem affirmat Anselmus Boetius medicus et gemmarius Rodulphi II imper. lib. 2 de Gemmis, c. 165: « Virginis tamen, ait, prodi non solum è sulfuro, sed potatu. Nam si pulverem bibat è virgo, non urinat: si corrupta sit, urinam è retinere non poterit, multorum testimonio. » Idem asserit Camillus Leonardus Pisarenensis medicus tract. de Lapidibus, in Gagate.

VERS. 19. — QUI OCCIDIT HOMINEM, VEL OCCISEM TETIGERIT, LUSTRABITUR DE TERTIO, ET SEPTIMO, juxta legem, de eo qui tangit cadaver, latam, Num. 19, 14.

VERS. 20. — ET DE OMNI PRAEDA, SIVE VESTIMENTUM FUERIT, SIVE VAS, ETC., EXPABIATUR, scilicet per ignem, si id fieri possit, videlicet, si vas, aut vestis ignem ferat: sin autem, expabiatur per aquas lustrationis, ex cinere vitulae rufe confectas, de quibus, c. 19, 2 et 12; idque die tertio et septimo, ut explicatur, v. sequent.

Nota. Haec suppellex Madianitarum debebat expari, quia legaliter erat immunda, ex contactu mortuorum, juxta legem Num. 19, v. 14, et Lev. 11, v. 32, quia scilicet quaedam ex hisce vasis et rebus erant in tabernaculis morientium; multa etiam ex ipsis contigerant ipsos morientes, sicut vestes mortuorum; quòd si quid esset in tantà magnitudine praedae, in quod neutrum horum competeret, quòd proinde non esset immundum, id tamen propter dubium, purificari debebat; de omnibus enim praesumebatur, quòd essent immunda, ob tot occisorum sparsa ubique cadavera. Ita Abulensis.

VERS. 21. — HOC EST PRECEPTUM LEGIS, QUOD MANDAVIT DOMINUS MOYSI. Hoc praecceptum hucusque scriptum non videmus. Illud ergo hic, vel aliàs, vivà voce Deus Mosi tradidit. Solebat

enim Deus Mosi omnia sua jussa edicere et commendare, ut ipse eadem postea ad sacerdotes et ad populum referret. Ita Abulensis.

VERS. 25. — ET OMNE QUOD POTEST TRANSIRE PER FLAMMAS, IGNE PURGABITUR. Hebr. Chald. et 70 addunt: *Et aqua lustrationis expabiatur*, quasi praeter ignem, deberit hoc vas aspergi et lustrari aquà cinerali vitulae rufe.

VERS. 27. — DIVIDESQUE EX EQUO PRAEDAM, INTER EOS QUI PUGNAVERUNT, ETC., ET INTER OMNES RELIQUAM MULTITUDINEM. Nota. Non Moses, non Phinees, dux belli, potterem praedae partem sibi usurpant, sed ea tota inter milites dividitur: *Decet enim duces gloriam, milites pecuniam è victoria afferre*, ait Cato. Unde Scipio, cum captà Cathagine, aliisque urbibus, milites magis quam ultus imperator locupletasset, moriens, ex tot victoriis et opibus, non nisi triginta tria argenti, duo auri pondo reliquit, ait Plutarchus.

Nota secundo, quòd ait: *Divides ex equo*, intelligendum esse, non ita ut tantum cedat iis, qui in castris manserunt, et longius à belli alca et periculo abfuerunt, quantum militibus, qui suo periculo et labore victoriam pepererunt: sed ita ut tantum habeant omnes qui in castris manserunt, simul sumpti, quantum habent pauci illi qui depugnàrunt: ut scilicet medietas una praedae cedat militibus, qui pugnàrunt; altera medietas cedat reliquis, qui in castris manserunt. Quare ex hac medietate, singuli in castris remanentes, utpote qui in maximo erant numero, longè minùs habuerunt, quam ex suà medietate habuerint milites, qui pugnàrunt: hi enim numero erant longè pauciores, ac proinde longè ampliùs ex suà praedae medietate, singuli participàrunt. Porro, ex utraque medietate, quaedam oblata sunt Domino, id est, sacerdotibus et Levitis, ut sequitur.

Dices: Lex bellica est, ut aqua sit sors eunti ad bellum, et manenti ad sarcinas, ut dicitur, 1 Reg. 50, v. 24. — Resp.: Haec lex posterius à Davide sancta est, ut ibidem dicitur. Secundo, haec lex hic non habet locum: intelligitur enim de iis et eo casu, quo utriusque praedae belli alcam et periculum subeunt, ut cum, v. 5, una pars fortior et numerosior vadit ad praelium, altera debilior et minor (ut solet) numeri, tuetur sarcinas. Tunc enim tam haec, quam illa periculum adit, et hostis insultum expectare et sustinere debet. Hic verò soli pauci qui ibant ad praelium, subibant periculum. Nam reliqui omnes, in castris manentes,

cum maximo essent numero, non timebant hostem tam exiguum, ac consequenter nullum adibant periculum. Ita Abulensis.

VERS. 28. — SEPARABIS PARTEM DOMINO. Jubet hic Deus, primò, ut milites ex suà medietate praedae, dent sibi, id est, Eleazar et sacerdotibus, unam animam, id est, unum animal de quingentis, tam ex hominibus quam ex bobus, asinis et ovibus. Unde ex hac parte, ex praeda hac cesserunt sacerdotibus oves 675, boves 72, asini 61, virgines 52, ut patet, v. 57 et seq. Secundo, ut Israelitae qui in castris manserant, ex suà medietate, unum animal de quinquaginta dent Levitis.

VERS. 29. — DABIS EAM ELEAZARO, ut scilicet inde partem distribuat Ithamar et aliis minoribus sacerdotibus. Hi enim non minus quam Levitae praedae participes esse debent: reliquum verò sibi, tanquam pontifici secret. Simile vidimus, c. 18, 28.

PRIMITIA, id est, oblatio, hebr. enim est *theruma*.

VERS. 49 et 50. — NE UNUS QUIDEM DEFUIT (occidit in pugna); OB HANC CAUSAM OFFERIMUS IN (pro) DONARIIS DOMINI SINGULI, QUOD EX PRAEDA AURI POTUIMUS INVENIRE. Ecce hic singuli totum aurum aureaque vasa, quae rapuerant, Deo offerunt. Causa sequitur.

VERS. 50. — UT DEFECERIS. Haec secundaria et accessoria erat causa oblationis auri: primaria enim erat ut ostenderent se esse gratos Deo, qui illis hanc victoriam dederat plane incrementum. Ita quævis gentes victoriam Deo acceptam tulerunt, ideòque hostium manubias, vel arma diis suis dedicàrunt. Aristomenes in eà pugna quam contra Lacones feliciter gessit, partemque victorià, cum Delphos venisset, scutum quod in praelio amisisset ibidem reperit ac rursus eodem in templo dedicavit. Hoc scutum vidisse se scribit Pausanias in Messenicis. Locris Atheniensis, cum Piræum oppidum cum suis primus oppugnasset, et simul expugnasset, clypeum suum solemnè ritu Jovi Liberatori dedicavit, cum inscriptione nominis et praecleari facinoris. Ita Pausanias l. 1. Philistinì arma Saulis regis à se intercepti, in sede Astaroth suspendendum, 1 Reg. 51, 40.

Vexilla quae à devictis Cremonensibus Brixiani reportàrunt, in cathedrali ipsorum ecclesia in perpetuum rei memoriae suspensa leguntur apud Bergomensem l. 12. Angli calcaria aurata Francoarum in Cortracensi praelio casorum, Cortraci in templo suspendere. Ita. Emil. l. 9. Phocæa imperator, Tarso et Mopsuestià ur-

hibus Agarenorum capitis, Constantinopolim reversus, portas earum secum duxit, Deoque, quasi suæ expeditionis primitias tribuens, in S. Sophiæ templo dedicavit. Joannes Columna Cardinalis ab Honorio pontifice christiani exercitûs et ingentis classis legatus, in Ægypto Heliopolim validissimam urbem expugnâvit, et victor ex accipiti prælio sacratum Romam trophæum detulit, columnam scilicet in quâ Christus deligatus et flagris cæsus fuit, quam in sanctæ Prædixis templo Deo, in spoliis prætio omni pretiosius, erexit. Ita P. Jovius in Pompâ Columnæ.

David gladium Goliath, quo ipsimet capite truncavit, Deo dedicavit, eumque in Dei tabernaculo suspendit, 1 Reg. 21, 9. Denique Titus imp. admiratus munitiones Hierosolymæ, videns que eas à se superatas, dixit : *Planè Deo adjuvante pugnâvimus*, ait Joseph, lib. 7 Belli, c. 16; quin et coronari noluît, dicens Deo victorie hujus coronam deberi. Audi Philostrate. lib. 6 de Vita Apollonii : « Finitimûs gentes ob victoriam coronare ipsum voluerunt : ille v. verò se tali honore indignum esse respondit ; eum enim se talium operum auctorem, sed Deo contra Judæos incendiam demonstranti manus suas præbuisse. »

VERS. 51. — OMNE AURUM IN DIVERSIS SPECIEBUS, id est, omne aurum in diversis vasorum species conflatum. Ita Hebr., Chald., Sept.

VERS. 52. — PONDO SEDECIM MILLIA. *Tæ pondo* non est in Hebræo; ex quo patet, *pondo* hic non significare libram, sed pondus, scilicet aurum ad pondus sexdecim millia siclorum, et 750 sicli, hoc est, universum auri libræ 697, et 22 sicli. Ita Hebræi.

VERS. 53. — UNUSQUISQUE ENIM QUOD IN PRÆDA RAPUERAT, SUUM ERAT. Intellige de auro et similibus, que rapi et tegi poterant : nam alia grandiora, ut homines et pecora, in commune

CAPUT XXXII.

1. Filii autem Ruben et Gad habebant pecora multa, et erat illis in juvenis infinita substantia. Cùmque vidissent Jazer et Galaad aptas animalibus alendis terras,

2. Venerunt ad Moysen, et ad Eleazarum sacerdotem, et principes multitudinis, atque dixerunt :

5. Ataroth, et Dibon, et Jazer, et Nemra, Héséhon, et Eleale, et Saban, et Nebo, et Beon,

4. Terra, quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio uberrima est ad

collata sunt et ex æquo divisa, ut dictum est, v. 25.

VERS. 54. — INTULERUNT IN TABERNACULUM, quod erat CORAM DOMINO, puta coram archæ, Cherubim et propitiatorio. Lyran., hoc capite, duodecim causas recenset, ob quas justè motum fuisse bellum in Script. legimus. Prima est, si bellum geratur contra terram in quâ Deus blasphematur per idololatriam, ut habetur, Deut. 12, 2 : *Subvertite omnia loca in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, deos suos*. Secunda, si à Dei cultu recedatur, Deut. 15, 12 : *Si audieris in unâ urbium tuarum dicentes aliquos, etc.* Tertia, si fidelitas temporalis domini deseratur, ut patet, 4 Reg. 5, de Joram et Josaphat, qui moverunt bellum contra regem Moab. Quarta, si rebellio moveatur; ita, David 2 Reg. 20, persecutus est Seham filium Bochri. Quinta, si malefactor defendatur, ut patet, Judic. 20, de bello moto contra Gabaa. Sexta, si injuria publica principi irrogetur, ut patet, 3 Reg. 10, de bello David contra regem Ammon, qui fecit radii barbas nuntiorum David in contemptum ejus. Septima, si propria res repetatur, ut patet, 2 Reg. 3, de bello David contra Isboseth, ad repetendum regnum quod ei datum erat à Deo. Octava, ut hostis repellatur, ut patet, 2 Reg. 8, de bello David contra Philistros. Nona, ut hostis insurgens in suis propriis oppugnetur, ut patet, Num. 21, de bello filiorum Israel contra Schon et contra Og reges Amorrhæorum. Decima, contra illum per quem hostis roboratur, ut patet, 2 Reg. 8, de bello David contra Syriam Damasci, eò quòd ferebat auxilium Adarezer. Undecima, ut amicus ab hostibus cripiatur, ut patet, Gen. 14, de bello Abraham contra reges, qui captiverant Loth nepotem suum. Duodecima, si tyrannus à presidente exerceatur, ut patet, lib. Machabæorum, de bello Machabæorum contra Antiochum illustrem. Hæcenus Lyranus.

CHAPITRE XXXII.

1. Or, les enfans de Ruben et de Gad avaient un grand nombre de troupeaux, et ils possédaient en bétail des richesses infinies. Voyant donc que les terres de Jazer et de Galaad étoient propres à nourrir des bestiaux,

2. Ils vinrent trouver Moïse et Eléazar le grand-prêtre, et les princes du peuple, et ils leur dirent :

5. Ataroth, Dibon, Jazer, Nemra, Héséhon, Eleale, Saban, Nebo et Béon,

4. Toutes terres que le Seigneur a réduites sous la domination des enfans d'Israël, sont

pastum animalium : et nos servi tui habemus jumenta plurima;

5. Precamurque si invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis cum in possessionem, nec facias nos transire Jordanem.

6. Quibus respondit Moyses : Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, et vos hic sedebitis ?

7. Cur subvertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus ?

8. Nomen ita egerunt patres vestri, quando nisi de Cadesbarnæ ad explorandam terram ?

9. Cùmque venissent usque ad vallem Botri, lustratâ omni regione, subverterunt cor filiorum Israel, ut non intrarent fines quos eis Dominus dedit.

10. Qui iratus juravit, dicens :

11. Si videbunt homines isti, qui ascendentur ex Ægypto, à viginti annis et supra, terram, quam sub juramento pollicitus sum Abraham, Isaac, et Jacob ; et noluerunt sequi me,

12. Præter Caleb, filium Jephone Cenezæum, et Josue filium Nun : isti impleverunt voluntatem meam.

13. Iratusque Dominus adversum Israel, circumduxit eum per desertum quadraginta annis donec consumeretur universa generatio, quæ fecerat malum in conspectu ejus.

14. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa et alumni hominum peccatorum, ut augeretis furorem Domini contra Israel.

15. Quòd si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, et vos causa eritis necis omnium.

16. At illi propè accedentes, dixerunt : Cautas ovium fabricabimus, et stabula jumentorum, parvulis quoque nostris urbes munitas :

17. Nos autem ipsi armati et accincti, pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Parvuli nostri, et quidquid habere possimus, erunt in urbibus muratis, propter habitatorum insidias.

18. Non revertemur in domos nostras, usque dum possideant filii Israel hæreditatem suam :

19. Nec quidquam quaeremus trans Jordanem, quia jam habemus nostram possessionem in orientali ejus plagâ.

20. Quibus Moyses ait : Si fecistis quod pro-

un pays très-fertile et propre à la nourriture du bétail ; et nous avons nous autres, vos serviteurs, beaucoup de bestiaux ;

5. Si nous avons donc trouvé grâce devant vous, nous vous supplions de nous donner la possession de cette terre, à nous qui sommes vos serviteurs, sans que vous nous fassiez passer le Jourdain.

6. Moïse leur répondit : Vos frères iront-ils au combat pendant que vous demeurerez ici en repos ?

7. Pourquoi jetez-vous l'épouvante dans les esprits des enfans d'Israël, afin qu'ils n'osent passer dans le pays que le Seigneur doit leur donner ?

8. N'est-ce pas ainsi qu'ont agi vos pères, lorsque je les envoyai de Cades-Barné pour considérer ce pays ?

9. Car étant venus jusqu'à la vallée de la Grappe de Raisin, après avoir considéré tout le pays, ils jetèrent la frayeur dans le cœur des enfans d'Israël, pour les empêcher d'entrer dans la terre que le Seigneur leur avait donnée.

10. Et le Seigneur fit ce serment dans sa colère :

11. Ces hommes, dit-il, qui sont sortis de l'Égypte, depuis l'âge de vingt ans et au-dessus, ne verront point la terre que j'ai promise avec serment à Abraham, à Isaac et à Jacob, parce qu'ils n'ont point voulu me suivre ;

12. Excepté Caleb, fils de Jephoné Cénézeen, et Josué, fils de Nun, qui ont accompli ma volonté.

13. Et le Seigneur, étant en colère contre Israël, l'a fait errer dans le désert pendant quarante ans, jusqu'à ce que toute cette race d'hommes qui avaient ainsi péché en sa présence, fut entièrement éteinte.

14. Et maintenant, ajouta Moïse, vous avez succédé à vos pères comme des enfans et des rejetons d'hommes pécheurs, pour augmenter encore la fureur du Seigneur contre Israël.

15. Que si vous ne voulez point suivre le Seigneur, il abandonnera le peuple dans ce désert, et vous serez la cause de la mort de tout ce peuple.

16. Mais les enfans de Ruben et de Gad s'approchant de Moïse, lui dirent : Si vous nous accordez les terres que nous vous demandons, nous y ferons des parcs pour nos bœufs, et des étables pour nos bestiaux, et nous bâtirons des villes fortes pour y mettre nos petits enfans :

17. Mais pour nous, nous marcherons armés et prêts à combattre à la tête des enfans d'Israël, jusqu'à ce que nous les ayons mis en possession des lieux où ils doivent s'établir. Cependant nos petits enfans demeureront dans les villes ceintes de murailles, avec tout ce que nous pouvons avoir de biens, afin qu'ils ne soient point exposés aux insultes des gens du pays.

18. Nous ne retournerons point dans nos maisons, jusqu'à ce que les enfans d'Israël possèdent la terre qui doit être leur héritage ;

19. Et nous ne demanderons point de part au-delà du Jourdain, parce que nous possédons déjà la nôtre dans le pays qui est à l'orient de ce fleuve.

20. Moïse leur répondit : Si vous êtes résolus